

...ung ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...

Handwritten notes in a smaller script, possibly a gloss or marginalia, located in the upper right quadrant of the page.

... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...

... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...

... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...

... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...

... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...  
... die ...



TOMUS XXXIV.  
MISCELLANEOUM.

~~G. V. f.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-45.

SIGNAT. MDCCCXIII.

6 b. 11.

33

I

THESES  
 DE  
 VNIONE HYPOSTA-  
 TICA DVARVM NATVRA-  
 RVM IN CHRISTO, ET QVÆ  
 HINC CONSEQVITVR IDIO-  
 MATVM COMMVNICATIONE,

Quas sub præsidio  
 REVERENDI ET CLARISSIMI  
 VIRI, D. PETRI CALAMINI S. THEO-  
 logia Doctoris & Professoris in inclyta  
 hac Academia

Ad disputandum proponit  
 M. TOBIAS PEZELIUS  
 WITTEBERGENSIS.

PRO GRADV LICENTIÆ DO-  
 CTORATVS IN S. THEOLOGIA.

In Auditorio Theologico ad diem xv.  
 Iunij, horis matutinis.



HEIDELBERGÆ,  
 Typis Abrahami Smeismanni.  
 MDCLXXIV.

*Originals. or doctrijs. vito du- Johanny  
 masco, amico ac fratri suo Smeiss-  
 dat author.*

33

34





CLARISSIMIS ET  
AMPLISSIMIS VIRIS,  
PIETATE, PRVDENTIA,  
VIRTUTE AC DIGNITATE PRÆ-  
STANTIBVS DN. CONSVLIBVS ET  
SENATORIBVS INCLYTÆ REIPVB.  
BREMENSIS, DOMINIS ET PATRO-  
NIS SVIS REVEREN-  
TER COLENDIS

HASCE DE VNIONE HY-  
POSTATICA THESES DEBITÆ OBSER-  
VANTIÆ ET GRATITVDINIS ER-  
GO DICAT CONSECRATQVE

M. TOBIAS PEZELIVS VV.





THESES PRIMAE.



VI  
NIO hypostatica in Christo est talis unio, qua æternus Dei filius in plenitudine temporum naturam humanam veram & integram in suæ personæ unitatem ineffabili vinculo inconfusè, inseparabiliter & inconuertibiliter assumpsit: & assumptam gestat, ita vt vnus & idem sit Christus verus Deus ab æterno ex patre: & in tempore ex virgine genitus.

II.

Ergò persona Christi vna est, sed naturæ duæ, Assumens & assumpta, diuina & humana.

III.

Assumens natura seu λόγος ille οὐσιώδης ab æterno persona fuit, in vna eademque cum patre & Spiritu S. ἁΐα subsistens, eaque perfecta & simplicissima.

IV.

Sed vbi venit plenitudo temporis, λόγος ille plenam naturam humanam ita veraciter sibi vnire dignatus est, vt duarum naturarum veritate manente in Christo ( inquit Augustinus lib. de Fide ad Petr. cap. 17.) in æternam personam diuinitatis, carnis temporalem substantiam acceperit.

V.

Assumta verò natura humana personæ rationem

A ij non

non habet per sese vt in aliis hominibus, sed mirando  
fœdere copulata & vnita est ἰσὺ λόγῳ, & talem habet  
ordinem ad diuinam hypostasim filij, vt ab ea gestetur,  
sustentetur, & conseruetur.

VI.

Hinc aliquo modo intelligi potest discrimen  
aliorum modorum præsentia Dei & vnionis hypo-  
staticæ.

VII.

Adest enim Deus tùm in genere creaturis omni-  
bus vi potentia & sustentationis: tùm in specie habi-  
tat in sanctis virtute spiritus sui eos agentis & guber-  
nantis: Sed non hypostatica vnione, quando vnam  
cum iis creaturis personam Deitas non constituit.

VIII.

At in Christo Deitas essentialiter inest & Deus  
inhabitat, non vt sustentator, non vt sanctificator  
tantùm: Sed vnians sibi & efficiens suam sibi que pro-  
priam hanc massam naturæ humanæ, vt cum ea in  
vnitatem personæ semel sibi assumpta semper vnus  
eiusdemque personæ Christi maneat substantia.

IX.

Itaque non duo sunt Christi, nec duæ in Christo  
personæ, nec duo filij, alter Dei, alter Mariæ Virginis:  
Sed vna tantum persona est, vnus Christus, vnus fi-  
lius, qui verus Deus & verus homo est. Deus ante se-  
cula genitus ex substantia patris, nouissimis autem  
diebus propter nos homines & propter nostram sa-  
lutem homo natus ex matris substantia: perfectus in  
diuinitate, & idem perfectus in humanitate: ὁμοῦστος  
Patri secundum diuinitatem: nobis per omnia simi-  
lis ex-

lis excepto peccato, secundum humanitatem.

X.

Etsi verò duæ istæ naturæ sic in vnam Christi personam coniunctæ & vnitæ sunt: vtraque tamen integra perfectaque, & altera ab altera distincta manet, tum quod ad essentiam, tum quod ad proprietates essentielles, tum quod ad operationes earum at-  
tinet.

XI.

Quod enim Filius Dei ab æterno erat, permansit, quod non erat assumpsit, non amittendo quod suum erat, sed suscipiendo quod nostrum erat, inquit Vigilus.

XII.

Itaque in Christo est gemina mens seu intellectus, gemina voluntas & operatio, gemina sapientia, robur & virtus: altera diuina & increata: altera humana & creata: quemadmodum naturæ duæ sunt. Denique in Christo est aliud & aliud, non alius & alius, vt veteres loquuntur.

XIII.

Non dissoluitur vnio personalis, etiamsi caro, à qua nunquam separatur verbum, non sit vbicunque est verbum. Quæ enim in Deo sunt, non sunt vbique vt Deus, teste Augustino.

XIV.

Manet igitur vnio inseparabilis non tantum ratione loci vt dictum est: Sed etiam ratione temporis: quia secundum Damascenum, quod semel assumpsit λόγος, nunquam deserit: imò ne quidem in morte  
animam

animam aut corpus deseruit, etsi tum verè facta est  
separatio animæ à corpore.

XV.

Consequens vnionis hypostaticæ est communica-  
tio Idiomatū, quam patres ἐναλλαγὴν, seu ἀλλοίωσιν ὀνο-  
μαίων, καὶ τρόπον ἀντιδόσεως vocant: estque forma lo-  
quendi in qua tūm naturæ ipsæ, tūm naturarum pro-  
pria attributa & actiones propriæ de tota persona  
Christi prædicantur in concreto: quia scilicet vna &  
eadem Christi persona ex vtraque constat, & in vtra-  
que verè & realiter subsistit natura diuina & huma-  
na.

XVI.

Hinc veræ sunt illæ propositiones de hac persona:  
Deus est homo, Homo est Deus, Filius Dei est filius  
hominis, Filius hominis est filius Dei, Deus est natus  
ex virgine, Dominus gloriæ crucifixus est. &c.

XVII.

Sed in his ipsis propositionibus declarandis uti-  
mur particulis distinctiuis, κατὰ, secundum vel iuxta:  
vt intelligatur quæ in talibus enunciatis de persona  
Christi prædicantur inesse ei non secundum vtram-  
que naturam sed secundum alteram tantum, cuius  
propria sunt. Idque exemplo Scripturæ: Natus ex  
femine David secundum carnem, mortificatus car-  
ne, viuificatus spiritu &c.

XVIII.

Vera est enim Idiomatum communicatio quate-  
nus res est vera: Et sicut naturæ vnitæ sunt, sic etiam  
naturarum attributa permutantur, vt piè & sapien-  
ter Nazianzenus ad Cledonium scripsit.

Atque



XIX.

Atque ita nequaquam nudos Christo titulos tribuimus, sed demonstramus ex verbo Dei non factam esse physicam aut realem Idiomatū transfusionem, neque ad vtramque naturam accommodandam esse vel proprietatem vel actionem, quæ de persona secundum alterutram naturam prædicatur.

XX.

Inde enim necessariò sequeretur vnionis hypostaticæ abolitio, totiusque huius mysterij deletio, & naturarum idenditas vel exæquatio, iuxta regulam Lutheri: Negans proprietates negat naturas.

*F I N I S.*



XIII  
A quo in regno...  
...  
...  
...  
...  
...

XX  
...  
...  
...  
...  
...

XIV



Umg. VI 45

ULB Halle 3  
002 379 767




s. b.

WDA



*[The image shows a heavily worn, dark manuscript page with two columns of text in a Gothic script. The text is extremely faded and difficult to decipher, but some words are visible, such as 'ibid', 'Martino', and 'die'. The page is bound on the left side and shows significant signs of age and damage.]*





B.I.G.

Farbkarte #13


THESES  
DE  
VNIONE HYPOSTA-  
TICA DVARVM NATVRA-  
RVM IN CHRISTO, ET QVÆ  
HINC CONSEQVITVR IDIO-  
MATVM COMMVNICATIONE,

Quas sub præsidio  
REVERENDI ET CLARISSIMI  
VIRI, D. PETRI CALAMINI S. THEO-  
logiæ Doctoris & Professoris in inclyta  
hac Academia

Ad disputandum proponit  
M. TOBIAS PEZELIUS  
WITTEBERGENSIS.

PRO GRADV LICENTIÆ DO-  
CTORATVS IN S. THEOLOGIA.

In Auditorio Theologico ad diem xv.  
Iunij, horis matutinis.



HEIDELBERGÆ,  
Typis Abrahami Smeßmanni.  
c10 10 xciv.

33

H

*Commiss. et doct. s. vito du- Johanni  
masco, amico ac fratri suo Smeßmanni  
dat auct. s.*

33

